






M

a, dopo il
1500]

Manca tutta
la segnatura A



A



Stylus Romanae curiae

[Roma]

Sec XVI

mino ad dicendum contra cõmissionem qui est ad idem: dantur semper articuli attemptatorum: et citetur pars ad dicendum cõtra articulos et faciat probationes per testes vel instrumẽta. Deinde illis factis non requiritur observatio terminorum: nisi petitio detur.

In causa reductionis.

In causis vbi petitur reductio cõtra aliquod laudũ per arbitros ad arbitrium boni viri si est cã beneficialis vel summaria servandi sunt termini vt supradictũ est: et nihilominus vltra hoc dãdus est libellus cõcludens iniquitatem et reductionẽ secundum dispositionem iuris. Si vero causa vel negociũ in qua petitur reductio nõ est beneficialis vel summaria, tunc termini sunt servandi sicut in causa ordinaria vel prophana servantur, et est lis contestanda.

De remissione ad partes.

In causa vbi petitur remissio decerni ad partes expediantur commissio sub plumbo. Et quando decreta est remissio: citetur ad primum diem ad concordandum de loco et iudice. In quo termino fiat concordia de vno vel pluribus iudicibus. Deinde citetur ad dandum interrogatoria ad primam diem: et tunc in illo termino petuntur articuli parte vocata. Et si paratum habent portatorẽ: iuret portator vel alias cum occurrerit parte tamen semper ad hoc vocata vel presente.

¶ Practica circa remissionem.

¶ Item circa istas remissiones est sciendum quod in Ro. Cu. habet vna decisio ad hoc quod iudex potest remissionem decretam sub plũbo papali expedire sine cõmissione: et etiam Cõmissarius suus in partibus potest subdelegare vices suas quando talis remissio expeditur sub plumbo papali. et tũc reportata cõmissione Iudex qui decrevit eam non potest de ea cognoscere nisi fiat cõmissio nova: et illa fiat sub forma huiusmodi. ¶ Alias cã tali pendente inter tales iudex decrevit remissionem per appellationẽ manus. S. V. se de causa ipsa intromittere non potest. Dignetur eadẽ Sanctitas vestra eidẽ priori Iudici vel suo surrogato cõmittere et mandare: vt remissionem recipiat: aperiat: et vlterius in causa procedat.

¶ Pro interesse.

¶ Item alius modus veniendi ad causam pro suo interesse. Videat aliquis an sibi expediat: quod considerare potest. Si enim iura predicta et etiam probationes in causa facte plus sibi prosunt quam noceant: tunc est quod debeat venire pro interesse: et tunc tertius qui vult venire pro interesse suo: alius melius est quod hic ad litem novam seu novum iudicium coram eodem vel alio Auditore: vt

B

si expediat sibi venire pro suo interesse videat an ipse sit in prima cōmissione dicti iudicij nominatim comprehēsus vel sub clausula generali scilicet. ꝛ alios sua interesse putantes. ꝛ veniat seu cōpareat tunc coram iudice cum iuribus ꝛ articulis suis. ꝛ cū intersit petat partem citari ad primam ad dicendum cōtra. ꝛ tunc in illo termino petat se admitti in statum in quo est in causa beneficiali Si vero non sit comprehensus in prima citatione ꝛ commissiōe: tunc obtineat cōmissionem in qua petat se admitti pro suo interesse. ꝛ producat iura sua seu suos articulos ꝛ obtineat citari partem ad dicendum cōtra. ꝛ petat admitti vt supra. ¶ Quid aūt operatur generalis clausula que ponitur in cōmissione scȝ ꝛ alios sua interesse putantes: Dico ꝙ sua interesse putans nō tenet venire. lȝ possit venire ac cām nisi citatus sit in specie. ac nominatus fm formam de elec. ꝛ tunc preiudicat sibi sententia. Et circa hoc nota ꝙ si vna sententia vel due contra possessorem late sint. ꝛ alius venit pro suo interesse. non propterea impeditur causa si sit expedibilis inter priores partes quin expediatur. ꝛ etiaȝ fiat executio nisi possessio fuisset vacans. vel ille qui venit pro suo interesse docet ꝛ se possidere. vel in cōmissione per quam venit pro suo interesse sit clausula ꝙ causa inter omnes partes simul ꝛ semel ac si vnico contextu eademqȝ sententia terminetur. ꝛ tunc etiā requiritur signatura ꝙ admittat ꝛ procedat vt petitur. Et similiter sis cautus in dictando ꝛ recipiendo cōmissionem. In tali forma tenet modo practica rote. ꝙ vtroqȝ casu detur iurisdictio. Lñ creditur esse contra. ff. siue Clemeñ. si de beneficio de prebeñ. Et ad tollendum dubium pone clausulam illam in principio.

In causis criminalibus.

In causis criminalibus per duplicem viam scȝ per viaȝ accusationis inquisitionis denunciationis ꝛ exceptionis. Si per viam accusationis si talis est causa ꝙ veniat aliqua corporalis pena imponenda. illa non potest tractari per procuratoram. sed est tractanda personaliter. nisi illa principalis persona sit in carcere detenta Si vero aliqua alia pena fuerit imponenda tunc tractari potest per ꝓcuratorem. ꝛ dandus est libellus si in eo sint expressa crimina. exprimendus est locus ꝛ locus loci. annus. mensis. sed non requiritur dies. In quo libello ponenda est inscriptio accusatoris libellantis ad penam talionis. Si actor potest illam pati. alias ad penam extraordinariam ad arbitrium boni viri. Et ante inscriptionem non dicitur reus conuentus respōdere libello. ꝛ in talibꝫ causis per accusatorem seruādi sunt termini vt in prophanis fm

ordinem prout supradictum est. quia tunc talis causa non dicitur beneficialis. Si per viam inquisitionis. et hoc fit dupliciter. Aliqñ ad instantiam partis. et tunc procedendum est sicut in accusatorio. Aliquando ex officio. et tunc iudex habet deputare aliquem instigatorem vel procuratorem officii. et tunc primo est inquirendum de infamia. Que si probatur procedendum est ulterius ad cognitionem veritatis. Et in istis causis inquisitionis ex officio procedi tur summarie. non seruando terminos causarum prophanarum. Si per viam denunciationis quia de illis non est ad propositum. tunc illa est preparatoria ad inquisitionem. que fieri potest dupliciter. Si per viam exceptionis que fit cum agitur de confirmãda electione. vel instituendo presentatum vel inducẽdo prouisum in possessionem. tunc per modum exceptionis danda sunt crimina. et tunc requiritur specificatio vt supra dictum est. Et ideo sit cautus procurator excipiens vel articulãs in tali materia vel articulet crimina. et q illis addat q illa erant notoria petens possessionem beneficij de illis erit notorie infamatus.

¶ Super notorio.

¶ Item notandum q in causis in quibus tanq̃ super notorio procceditur post citationem ad dicendum contra cõmissionem dandi sunt articuli super notorio et pars citabitur ad dicendum contra articulos. Et deinde ferenda est sententia; nec aliqua obseruatio terminorum requiritur.

¶ De prima instantia vt si in partibus vel per Auditorem camere lata est sententia.

¶ Item notandum est q vbi in prima vel in secunda instantia in partibus; vel per auditorem Camere lata est sententia; Tunc in causa appellationis que cõmittitur in Rota vel extra apostolico Cõmissario seruandi sunt termini sicut in prima instantia. Item qñ grauamen vel interlocutoria vel per viam appellatiõis causa cõmissa est alicui Auditori tunc ille auditor põt inhibere auditori camere vel etiam alteri cõmissario in Cu. vel extra. sed non coauditori suo vel alicui dñoz Cardi. quia illis non inhibetur: nisi seruatis terminis in appellatiõe a grauamine; vel interlocutoria seruari solitis. de quibus supra. Et tunc in termino ad impugnandũ et iustificandũ citari põt pars illa in termino seruato ad videndu; inhiberi ad statim: et tũc parte vocata debet decerni inhibitio.

¶ De materijs obiectiuis.

¶ Item nota q materie obiectiue quando dantur principaliter. et per viaз appositionũ et articuloz; et semper dande sunt in termi

do substantiali ad dicendum contra producta ad tardius licet an te dari possint per modum exceptionū contra iura alterius partis semper dari possint in termino ad hoc statuto. Et tales materie obiectiue quales sint impugnant ius proprium: et sunt specificande in tempore et loco: et in aliis circumstantiis: sicut supra in libello accusationum:

¶ Appellatio a diffinitiua.

¶ Item nota q quando appellatur a diffinitiua non oportet exprimere aliquam causam in appellatione. Idem quando appellatur a sententia habentem vim diffinitiue: vt est sententia super attentatis: super desertione: super nullitate: et plures que non expectant diffinitiuam post se.

¶ Circa probationem dilatoriam.

¶ Item circa probationem dilatoriam et alias que dantur in causa est sciendum q aliquis conuenitur in Romanā curia ita q ipse presens est quando committitur causa: tunc nisi causa prius deuoluta sit ad Curiam per appellatiōem: aut ipse est legatus aut nuncius alicuius domini tunc habet ius reuocandi domum nisi conueniretur super contractu facto illo tempore quo nūcius fuit. alias datur sibi tempus siue inducie ad habendum iura et defensiones de partibus. interim supersedetur in causa. et illud tempus datur magnum vel paruū secundum distantiam loci a Romana Curia a loco domicilii illius qui cōuenitur. Et nota q illa dilatio ad habendū iura non solum datur ad habendum iura ipsius rei sed etiam ipsi actori datur ad habendum informationem et defensionem cōtra iura partis sibi aduerse. Et ideo sepius viget practica q non obstante q actor dicebat se velle confiteri gratiam: processum: acceptationem: prouisionem. et alia iura rei. Nihilominus reo dantur inducie si ipse allegabat se velle habere informationem et defensionem contra iura partis aduerse. Et in hoc sit cautus procurator vt sic petat. ¶ Item nota circa dilatorias probationes: q omnes probationes iudiciales sunt arbitrande per Auditorem vel Iudicem: preterq̄ quando excipitur de excōmunicatione cum ibi iura dant terminum octo dierum etc. Aliquando dantur decem: aliquā plures vel pauciores secundum q placet Iudici.

¶ De occasione hereditatis.

¶ Item est notandum q si velis aliquem conuenire occasione hereditatis: anteq̄ā porrigas libellum vnam paruam facias petitionem seu interrogationem in qua contineatur q Iudex interroget an sit heres defuncti cuius nomine conuenitur: et an sit solus

vel pro parte. Item quando aliquis conuenitur rei ven. vel quacunqȝ actione reali semper si pars ea est presens in Curia facias eum interrogari an possideat: ⁊ teneatur respōdere: ⁊ istud multum releuabit te. Siquis enim conuenitur possessor alicuius rei licet ipse patiatur iudicium: ex hoc non posset condemnari vt possessor nec ad dimittendum possessionem: nec in fructibus nisi probetur possessor. Et istud nota quia sepissime venit in practica: Et multi in hoc errare solent. Et hoc idem tenet Specula. in titulo de interro. que fiunt ante litem contestatam.

¶ Super spolio.

¶ Item nota ꝙ siquis super spolio beneficij siue possessorio recuperando agit ⁊ in causa prophana: tunc non est necesse ꝙ producat aliquem titulum: sed sufficit ꝙ probet se possedisse ⁊ aliū nūc possidere. In causa vero beneficiali vel matrimoniali vel alia in qua non potest haberi possessio oportet ꝙ agens producat titulū suum ⁊ verificet illum: secus si beneficiatus non dicat se spoliatuȝ beneficio: sed fructibus beneficij in toto vel in parte aut aliquo iure sui beneficij non requiritur ꝙ producat titulum: sed sufficit ꝙ probet se possidere beneficium cuius nomine agit. Nota etiā circa hoc ꝙ in causa spolij vbi ius cōmune facit pro reo ⁊ contra actorem licet etiam non sit causa beneficialis vel matrimonialis oportet ꝙ agens producat titulum suum: vel titulum tanti temporis ꝙ hominum memoria in contrarium non existat ⁊ probet. ⁊ iste casus est in ca. ad decimas de resti. spolia. lib. vi.

¶ Super titulo beneficij.

¶ Item nota ꝙ licet quando agitur super titulo beneficij siue petitorio siue possessorio proceditur summarie sine litis contesta. vt supra visum est. secus quando agitur de proprietate beneficij puta si vna ecclesia dicat sibi aliam ecclesiam vnitam. Idē si agitur super aliqua re vel iure particulari spectante ad beneficium. Et circa hoc vidi dubitare ꝙ si vnus dicit se habere titulum in beneficio ⁊ alius beneficium quod incorporatur an procedatur sūmarie vt in causa beneficiali vel plenarie vt in prophana. Et si actor agit vt de beneficij proprietate actio sua erit plenaria: ⁊ seruabuntur termini vt in prophana: ⁊ reconuentio rei poterit esse summaria ⁊ deducit principale ius suum.

Cui cōmissum est aliquod generale ꝓcuratorium.

Item si attentus procurator habens reducere aliquam causam in Curia cui commissum est procuratorium generale ꝙ illud non producat ipse personaliter, sed persuasum est vt tradat ipsum ali

cui amico qui illo presente tradet illud notario. et tunc ipse procurator presens dicat. Ego itelligo me cōstitutū esse generaliter p N. ad multas cās et negocia: ego intendo solus onus acceptare in ista cā pendēte et nō in aliis etc. Ac substituo si voluerit substituere prestando q nihil fiat nisi me vel eis vocatis. Et ista doctrina lōdatur: qz si pcurator per se pduceret procuratoriū videretur idē pcurator acceptasse onus quo ad illa que in illo pcuratorio continerētur nec posset exonerare se. et casus est in Cle. de procuratō.

¶ Diffamatio procuratorum.

¶ Item notandum q nihil est qd magis diffamat procuratores q̄ quando ipsi dimittunt deseri appellationes per negligentiā. et hoc contingit duplici via. s. in appellatione et diffinitiua. Primo quia cōmuniter Auditores et Judices dant termines. x. dierū ad prosequendum: et tunc infra illos. x. dies appellans debet facere cōmitti causam alicui Judici vel Auditori: et facere presentari cō missionem. q si hoc non poterit vel tunc expedit q vadat ad cancellariam coram notario: et habeat commissionem duplicatam et vnam tradat ad manus Uicecancellarii vel regentis Cancellariam. Aliam tradat notario: et in absentia Uicecancellarii vel regē tis ponat eam in capsa vbi tales cōmissiones ponuntur. Aliam vero cōmissionem notario predicto et faciat fieri instrumētum de diligentia predicta infra. x. dies. Qd si iste procurator appellantis non fecerit: deseritur appellatio.

¶ Sublata desertione.

¶ Item cōmissa causa et sublata desertione infra. x. dies vel facta protestatione vt supra. tunc illud est cōmune quod in appellationibus: a grauamine: vel ab interlocutoria vbi nullus terminus prefigitur saltem in Romana curia. tunc omnes termini debent seruari infra annum a die appellationis interposite et dari peticio p procuratorem appellantis vt in decisione Rote. 6. in antiquis. et hoc sufficit nisi protestetur infra annū de diligentia sua vez q petat causam expediri in instanti: primo secundo et tertio instanter instantius instantissime: et hanc prestationem subscribat per se in domo sua et pducat in iudicio: qz notarii sepe negligentes sunt in scribendo etc. in secūdo fatali et in tertio et in aliis etc. Et nisi termini sint seruati data peticione et facta protestatione hmōi: appellatio est deserta. Et similiter nisi fiat protestatio in secunda instantia non obstante diligentia predicti primi fatalis: etiā appellatio deseritur: illa est maior verecundia quā procurator possit habere si faciat deseri appellationem. Si vero procurator indiget remis-

sióne ad partes in secunda instantia tunc seruet terminos ꝛ super articulis ꝛ exceptionib⁹ datis vel etiam nouis tunc datis si expedit petat sibi decerni remissionem citiusq; potest: ꝛ det illam petitionem in scriptis: q2 notarij sepe indebite scribūt. Quod si secus factum fuerit protestetur ꝓcurator predictus q bmōi defectus non stat per eū: sed per Judicem vel partem aduersam.

¶ In publicatione dictorum testium:

¶ Item in publicatione dictoꝝ testium hanc teneat procurator cautelam: q quādo testes ꝓducuntur per partem aduersaȝ nihil protestetur contra eos: sed taceat quousq; per Judicem de cōsensu partiuȝ publicati fuerint. Et si timet vt Judex recipere voluerit partem contra quā producuntur ad dicendum contra eorum dicta ꝛ ipse Judex concludat ꝛ sententiā ferat habeat secū appellationem paratā a nō publicatione ꝛ prefixione termini hmōi.

Modus deuoluendi causam per appellationem in partibus interpositam ad Curiam Romanam.

Item sciendum est q si appellatio interponatur in partibus in p̄sentia partis. idest partis appellate: vel ipsius legitimi procuratoris tūc causa eorum est deuoluta dūmodo super hoc appareat publicum instrumentuȝ confectum: ꝛ constet de mandato procuratoris: Sed si appellans presentiam appellati habere non poterit circa appellationem interpositam: ac vt causa bene deuoluatur seruabit appellans hunc modum videlicet q faciat suam appellationem in scriptis in bona forma: quafacta accedat ad notarium publicum in presentia testium: ꝛ legāt appellationē hmōi de verbo ad verbum: ꝛ lecta hmōi appellatione petat instanter instanti us ꝛ instantissime aplos sibi dari si est aliquis qui velit dare ꝓtestando q si partis appellate presentiā cōmode habere posset eidē insinuaret ꝛ intimaret: ꝛ super hoc petat publicū instrumentum. Et hoc facto appellans tenetur intimare ꝛ insinuare hmōi appellationem parti appellate seu eius ꝓcuratori si ipsoꝝ aut alterius eoꝝ presentiam cōmode habere possit infra mensem post interpositionem predicte appellationis: vel post mensem q̄to citius fieri potest. Et insinuatione hmōi hūc seruabit modum. s. q appellās assumat sibi notarium publicuȝ ꝛ testes: ꝛ accedat ad partem appellatā vel ipsius ꝓcuratorē. alioquin protestādo de ipsorum absentia hmōi appellatione per ipsum ante interpositā vt premittit per notariū publicū legi ꝛ publicari faciet: ꝛ appellato seu procuratori eius copiā appellationis tradat: requirendo notariū vt super premissis sibi publicū cōficiat instrumentū: alioquin si ipsius

partis rei procuratoris predicti presentiam habere non potest: tunc si causa ipsa fuerit beneficialis expedit ꝙ in loco beneficij de quo agitur: vel in loco vbi pars appellata fuerit beneficiata infra missarum solemnia: vel quando cantantur hore diei in loco beneficij vel partis appellate in presentia beneficiatorum ipso per te partem appellantem vel tuum procuratorem vel notarium publicum legas publice ꝛ pars apostolos petat. Nihilominus si partis appellate presentiam haberet ipsi eandem appellationem insinuaret. Et sic similiter faciet in domo partis appellate si cōmode ꝛ tute ad eius domum accedere poterit. sin autē in ecclesia cathedrali in loco beneficij: ꝛ etiam in ecclesia parrochiali sub qua ipse degit ꝛ moratur. Et bonum est affigere copias earundem ad valuas ecclesiarum ꝛ etiam in domo habitationis appellati. ꝛ alias adhibere talem diligentiam circa insinuationem huiusmodi appellationis q̄lis est adhibenda in executione citationis legittime in partibus fiende. Et si pars appellans noluerit prosequi appellationem suam: ꝛ pars appellata vellet eam prosequi: expedit ꝙ pars appellata instet pro copia appellationis habenda sub manu publica notarij scilicet illius qui instrumentum confecit. Et si ille notarius negauerit sibi tradere illius copiam: accedat pars appellata ad Officialem vel ad alium deputatum super hoc potestatem habentem: ꝛ ille compellat notarium ad tradendum sibi copiam salario tamen sibi producendo: ꝛ citari faciat partem adhoc vidēdum sibi decerni copiam appellationis.

¶ Item nota ꝙ ad declarandū collatores ordinarios in partibus incidisse in penas censuras ꝛc. sic proceditur. Primo enim ꝓducuntur coram executore deputato in bullis. Secundo petitur decerni citatio contra ordinarios ꝛ eorum ꝓcuratores si qui sint in Ro. Cu. ꝛ omnes alios sua interesse putantes: ad dicendum cōtra litteras apostolicas ꝛ processum inde secutum ac requisitionē Tertio petitur decerni in contumaciam ipsorum nihil dicentium quo minus ꝛc. vel dicendum causam ꝛc. Et illa citatio fit tribus vicibus ꝛ vltra. Quarto ad audiēdum sententias censuras ꝛ penas ecclesiasticas in processu contentas incidisse declarari: vel dicendum causam q̄re ꝛc. semper ꝓcedit per audientiam contradictarum.

Finis.

ft:
be
ra
be.
re
bu.
ar,
nſi
de
be.
pſe
bel
ias
ap.
me
bel,
t q
nu
ille
bel
tez
om
idē

rti.
n p
tur
ſint
cō
né
iuz
ns
as.
tu,
iz.



